



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Vsus rationis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

præstitis suprà dictis , excommunicatur  
per Clem. I. de sepult. ibidem.

Quod si usurarius in periculo mortis <sup>B</sup>  
est , & vult præstare ea , sed non potest , à  
quolibet Sacerdote audiri potest , & absolu-  
ui , & obtenta ab eo facultate eius promis-  
sionem Episcopo declarabit , vt , si conua-  
luerit ipse , vel si moriatur , eius hæres ad  
restitutionem ab eodem compellatur . His  
autem factis & præstitis poterit & ad com-  
munionem & ad sepulturam in loco sa-  
cro admitti . numero ducentesimoseptuage-  
simonono & capite vigesimosexto . nume-  
ro vigesimooctauo , & in Nouo . numero  
vigesimooctauo .

Usurarius manifestus dicitur , qui palam <sup>C</sup>  
ē notoriè mutuat ad usuram . cap . 27 . numero  
137 . vel res ob dilatam solutionem manifestè  
vendit carius iusto pretio rigido . cap . 17 . nu-  
mero 280 .

### V S V S R A T I O N I S .

Q VANDO puer peruenit ad usum ra- <sup>A</sup>  
tionis , tenetur se conuertere in Deum ,  
eo modo , quo dictum est , tit . Charitas .

Usus Rationis non aduenit omnibus  
in eodem tempore . Tunc verò censibi- <sup>B</sup>  
GGg 3 tut



tur puer illum habere, cùm ob malefactum  
verecundatur, & discernit bonum à malo.  
Et interrogatus, an sit bonum, innocentem  
interficere, furari, patri aut matri maledicere, &c. ille negatiuè respondet: aut interroga-  
tus, an sit bonum pauperi succurrere,  
adire Ecclesias, non furari, &c. ille affirma-  
tiuè respondet. cap. 21. num. 33. Præsumi-  
tur autem in foro exteriori post septem  
annos & non ante. capite vigesimo septimo,  
num. 230.

## V X O R.

**A**NON potest mutare habitum sine licen-  
tia mariti in habitum religiosorum  
tertij ordinis. capite duodecimo, num-  
ero 62.

Peccat mortaliter vxor, quæ est notabi-  
liter inobediens marito in his quæ ad re-  
gimen domus, & bonos mores pertinent.  
Vnde aliquando obligatur sub mortali præ-  
cepto mariti obedire. Peccat etiam morta-  
liter, quæ non vult sequi maritum aliò mi-  
grantem, nisi præcessisset pactum, ne aliò  
migraret, & nulla esset iusta necessitas, quæ  
cogeret eum à pacto recedere: &c. vel si vir  
fū vagabundus, & non erat talis, quando

con-